…ſeua in chriſtianos orta eſt tempeſtas
…cium …tus fuiſſet huius
…ntire noluiſ-
…m per durante
…tio apo… templorum accuſati ſunt
…conſpectu imperatorum. Dicebant enim. Dii
nobis dare reſponſa nolunt. niſi primus
et felicianus ſibi ſacrificare cogantur.
Succurrite itaque nobis et imperio ueſtro.
ne pereamus. His auditis diocletianus
et maximianus miſerunt milites ſuos
ut comprehendentes ſeruos chriſti perduce-
rent ad ſe. Erant autem ciues romani.
Cumque comprehenſi fuiſſent a militibus et perduc-
ti ad imperatores. iuſſerunt eos ferro
iunctos in carcerem mitti. Ubi reclu-
ſis affuit angelus domini conſolans eos et abſol-
uens a uinculis quibus crudeliter aſtric-
ti era[nt]. Poſt aliquos uero dies iuſſerunt
eos imperatores ſuis aſpectibus preſentari quibus
…erunt. Vos eſtis qui iuſſa noſtra
…ſtis et pro nichilo computatis. Sci-
…res reſponderunt. Uere pro nichilo
[com]putamus. Imperatores dixerunt. Patienter
…imus iniurias noſtras. ſuadentes uobis
…terum ut ſacrificetis deo herculi. ne
[co]nfundatis dignitatem generis ueſtri.
Ad hec illi. Nos inquiunt omnipotenti deo pla-
cationis et laudis hoſtias in odorem ſua-
uitatis offerimus. et non conſortium operibus
tenebrarum. quorum uos participes eſtis.
Imperatores dixerunt. Accedite et ſacrificate her-
culi et ioui inuictiſſimis. Si non alias forti-
ter uos carnifices laniabunt. Beati pri-
mus et felicianus reſponderunt. Si mere-
mur hec que minamini pro chriſti nomine
pati. ut uidelicet ad martyrii coronam
attingamus et promiſſionum celeſtium parti-
cipes inueniamur. quomodo poſſumus lapides
et ligna non dicimus deorum ſed demonum ueſtrorum
ad auxilium inuocare. Nam et ipſi dii ueſtri
in tantam ſunt miſeriam redacti. ut ni-
ſi ferro et plumbo fuerint ſtrictius fixi.
nullomodo ſtare poſſint. et niſi a canibus cu-
ſtodiantur. a furibus nocte rapiantur. Ut
quid tam ceci eſtis. Tunc indignati dio-
cletianus et maximianus iuſſerunt mili-

tibus ut ducerent eos ad fanum herculis.
ubi ſi ſacrificare nollent. diris eos penis
affligerent. Poſtquam ergo perducti ſunt
… ad templum herculis. et nulla
ratione … flecti poterant. quin magis op-
tarent mori pro chriſto quam uiuere. extenderunt
eos milites et uirgis fortiter mactauerunt.
dicentes eis. Quare non obeditis decre-
tis imperatorum. et ſacrificatis diis omnipotentibus
ſicut uos natura dictauit. Martyres
chriſti dixerunt. Celeſti imperatori obedire debemus.
qui poteſtatem habet corpus et animam perdere
in gehenna. Imperatores uero terrenos qui
colunt ſimulacra uana et inania ſuſcipi-
et inextinguibilis ignis gehenna. Ser-
uos autem chriſti celeſtis paradiſi inenar-
rabilis leticia. Cum igitur milites im-
peratoribus nuntiaſſent ea que dicta uel
geſta ſunt. irati ualde iuſſerunt eos tradi
promoto preſidi ciuitatis numentane. ut
eos fortiter laniaret. et ſi diis libami-
na ponere noluiſſent. quacumque morte
uellet eos enecaret. Milites itaque dedu-
centes eos in prouinciam que dicitur numentana in
miliario xiii ab urbe roma. miſerunt eos
ferro iunctos in carcerem iuxta forum ciui-
tatis. Beati uero martyres primus et felicianus
non ceſſabant ab oratione pſallentes
domino et dicentes. Propter honorem nominis
tui domine libera nos. et propicius eſto peccatis noſtris
propter nomen tuum. nequando dicant gentes
ubi eſt deus eorum. Refocilabantur autem cotidie
ab angelo domini. Unde et hunc uerſum ſepius in
laudem domini iterabant. Si ambulauerimus in
medio umbre mortis non timebimus mala
quoniam tu nobiſcum es. Poſt multum temporis
iuſſit ſibi promotus preſes in foro ciuitatis nu-
mentane tribunal preparari. et ſedens pro tri-
bunali dixit. Introducantur perſone. Cumque
fuiſſent intromiſſi ſancti martyres primus et fe-
licianus. dixit ad eos preſes. Secundum precep-
tum dominorum noſtrorum principum ſacrificate diis.
quos magnos eſſe diuinitas dictauit. Reſ-
ponderunt milites chriſti. Noli dicere do-
minorum ſed dic impiorum qui interficiunt cre-
dentes in chriſtum. et colunt lapides et ligna que
ſine auditu eſſe noſcuntur. Nam quomodo
uobis aliquid preſtare poſſunt. qui loquentibus non loquuntur.